Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

syon: Ecce enim ego coronam oleum gaudij pro luctu: pallium
laudis pro spiritu maerens. Et vocabuntur in ea fortes iustitiae:
plantatio domini ad glorificandum. Ecce dominus auditum
fecit in extremis terre. Dicite filie syon: ecce saluator tu-
us venit: ecce merces eius cum eo: et opus illius coram
illo. Et vocabunt eos populus sanctus redempti a domino. Ad
B. Sancte. Apparuit benignitas et humanitas. Tytu
mi saluatoris dei. Non ex operibus iustitiae que fecimus
nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: per
lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti. quem effudit
in nos habunde per ihesum xpm saluatorem nrm. ut iustifica-
ti gratia ipius heredes simus secundum spem vite eterne in xpo
ihesu domino nostro. Secundum lucam.
Illo t: Pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus
usque bethleem: et videamus hoc verbum quod factum est. quod
dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inue-
nerunt mariam et ioseph: et infantem positum in presepio.
Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis
de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: et de
his que dicta ~~sunt~~ erant a pastoribus ad ipos. Maria aut
conseruabat omnia verba hec in corde suo. Et reuersi sunt pas-
tores: glorificantes et laudantes deum in omnibus quae au-
dierant et viderant sicut dictum est ad illos. Ad publica
D. Et dixit dominus: Propter hoc. Ioh ysaie ppheta
Sanct populus meus nomen meum in die illa. quia ego
ipse qui loquebar: ecce adsum. Quam pulchri super
montes pedes annunciantis et predicantis pacem: an-
nunciantis bonum predicantis salutem. Dicentis syon: regnabit
deus tuus. Vox speculatorum tuorum leuauerunt